1630.

10]

Vordeum. Cum vir bonus, harum lator, M. Lohmannus [illegible] exsul ad
vos, vir clarissime et amicissime, iter meditaretur, nolui eum
sine meis dimittere, tum ut valetudinem tuam et uxoris lectissimae
quae dubia nobis aliquamdiu ex quorundam narrationibus fuit, diligen-
tius explorarem, tum ut de altera professione, quae ad priorem
divina providentia, ad plures abeunte Patre vestro, accessit, tibi
ex animo gratularer. Veneror autem Deum, ut animi corporisque
vires integras tibi servet in rei literariae et familiae tuae utili-
tatem. Nos more antiquo lapidem nostrum, quamdiu Deo visum, volvi-
mus. Non desunt, qui vitam per se difficilem et aerumnosam, nobis
acerbiorem, ut fit, reddant, quibus tandem adjutor et protector
Deus, ut speramus, frenum injiciet. Quos enim non nemo a-
pud vos, cum recens a nobis venires, per jocum, ut referebas,
effutiverat et in nos inclementius dixerat, ea nonnemo in
collegarum [illegible] serio et variis technis [illegible] et precibus
quibusdam nostris persuasum ivit. Solatur nos conscientiae et causae
bonitas. Plura haud dubie ex Dn. fratris literis antehac intellexisti.
Novi professoris Iuris accessione aucta est schola nostra, quod libens
tibi refero, quoniam is te sanguine tangit quam proxime. D. Johannes
[illegible] junior is est. Rectorem nunc habemus Combachium professorem
Casselanum. Deus hoc velit esse collegio, patriaeque auspicatum, ut au-
spicatissimum. Si forte contingat, ut Ministerium iterum [illegible]
tis, majorem in modum Te amice [illegible] mei rogatum velim, ut
curam [illegible], quam Henricus [illegible] procurator asservat, [illegible]
[illegible] et [illegible] Francofurtum deportet, quando aliquid rerum tua-
rum istuc transferri curabis. Quod obiicitur de jure [illegible]
Wilhelmi [illegible], id verum est. Nec enim [illegible], [illegible]

Viro admodum reverendo cla[rissimo]
dno Joanni Coch[…]
sacr. litter. et lingu. Orient. […]
consobrino honorandiss[imo]

Franequeram

Sed ulterius fratris, Petri nimirum Deuteri quondam […] nei redemta et ab uxore mea, cum ergo deferre a[…] da Wilhelmum Ofens, ut illius uxor novit, in mundo […] nuncupata, quo jure hereditario ad matrem, sororum […] devoluta, uxori meae ab ea dono data est, ut docere […] possimus evidentius. Cumpropter exceptio illa frivola […] et custodi illius heredium nostro nomine aut p[…] tes, aut etiam, prout aequum judicabis, dabis, ut e[…] tradat. Nos ex bono fide formula id reddemus […] primum sciverimus catenam in potestate ac ma[…] hen esse. Vides, mi charissime, quam ego fa[…] militer te utar et fortassis abutar. Ego me vicis[…] tim tibi parere et servire cupio. Bene vale […] salve a me et uxore cum tuo coniuge et […] dulcissimis. Raptim Leidae A. 1638.

T. pietatis

studiosissimus

L[illegible]

Cum in precibus vespertinis, quae nunc quotidie bis utrisque in templis cum lectione bibliorum institutae sunt, cum dno fratre D. Gerhardo assiderem, non sine magno dolore accepi Weestenium professorem Ultrajectinum mortuum esse de […] quam nuper cum uxore texeris. Nos pro salute utriusque apud Deum instanter et ferventer intercedamus, ut malum epidemiam et alia m[…] modo clementer avertat, vestrique sospitet.

1630.

Viro admodum reverendo, cla
dno Joanni Coch, c
Sacr. litter. ac lingu. orient.
consobrino honoratiss

Franequeram

Clarissimo doctissimoque
dn. dn. Johanni Coch
Hebraeae et Graecae linguarum
professori florentissimo in
Academia Franequerana
Frisiorum, dn. et amico
longe clarissimo.

Accepi 18. Sept.

Franequeram